



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

12. De tonsura.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

Introducta ab Orientalibus consuetudo , vt  
Presbyteri vxoribus, quas ante duxerant, vti pos-  
sint extra tēpora veri ministerij sui, neq; rationi,  
neque S. Canonibus consentaneum est, quia usus  
coniugij non satis conuenit cum altaris ministe-  
rio, bonum enim est, frequenter imō quotidie sa-  
cificium Deo Patri offerri à sacerdotibus , quod  
non satis reuerenter ac congruè ab ijs fit, si conju-  
gis carnali commixtione seruant.

Sacerdotes concubinarij suspensi non sunt i- 10  
pso iure nouo, sed canonice puniendi sunt, si post  
monitionem non abstinuerint.

## C A P. XII.

*De Tonsura Clericorum & Sacerdotum  
vntione.*

Tonsura Clericorum & Monachorum est res 1  
antiquissima à S. Petro Apostolo Originem  
trahens. Eius mysticæ significationes plures af-  
ferri solent, primò propter memoriam Coronæ  
spine Christi, & ad irrisiones prompto animo fe-  
rendas; secundo in figuram Regni Ecclesiæ; Ter-  
tiò ad refecanda vitia.

Tonsura Clericorum & Monachorum olim 2  
non nouacula, sed fortifice fieri debebat, neque  
licitum erat illis comam nutritre , sed in omnibus  
consuetudo patriæ seruanda est.

Neglectus tonsuræ & habitus in Clerico secu- 3  
lati non est mortale, si absit contumacia , & con-  
temptus , & non nimius, acinus status neglectus

Eccc 3 sit.

sit. Spectanda est in hoc etiam cuiusq; diœcesis consuetudo.

- 4 Vnctio sacerdotum est accidentalis quædam cæremonia, eaq; antiquissima, quippe cujus mentionem faciunt Dionysius Areopagita, Pacianus, S. Gregorius, Basilius.

### C A P. XIII.

#### *De sacris benedictionibus.*

**1** Benedictio (imprecatio alicujus boni) duplex est, publica & priuata. Hæc à quo quis fideliter potest: Illa ab Ecclesiæ sacerdotibus.

NB. Ad majorem seu sanctiorem pertinet alteri benedictionem priuatam impartiri, cum Deus deprecationem peccatoris pro alio fusam non ita exaudiat, sicut deprecationem sancti & justi.

**2** Semper in Ecclesia viguit consuetudo signandi se figura crucis, ita testatur Tertullianus, Læontius S. Antonius, Cyrilus, Chrysostomus, Hieronymus: Consuetudinem autem orandi manibus in crucis formam expansis leges apud Eusebium.

**3** Publicarum benedictionum (quæ sunt ritus quidam, seu formulæ orationum à ministris Ecclesiæ ex ejusdem institutione super personis aut alijs rebus sensibiliibus pronunciari solitæ, ad impetrandum hominibus diuinæ gratiæ auxilium à malo Dæmone liberationem, peccatorum remissionem, & alia Dei dona) effectus non